

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Peter Wasmund Martinus Sillerus

**Collegii Imperialium Institutionum Disputatio XXIV. Et ultima De Publicis Iudiciis**

Rostochii: Typis Reußnerianis, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730623157>

Druck Freier  Zugang



R LC juw 1612  
Peter Naomünch /f  
Resp. Martin Siller



Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730623157/phys\\_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730623157/phys_0002)

DFG

33 84

84

# COLLEGII

*Imperialium Institutionum Disputatio  
XXIV. Et ultima.*

16

De

# PUBLICIS AUDICIIS



Quam

D. Q. M. A.

illustri Academia Rostochiensi  
Prefide

PETRO WASMUNDT BRAND. Neobrand:  
Megapolitano.

*Pro viribus defendere conabitur*

MARTINUS SIELLERUS  
Memel. Boruss.

*Hora locoq; solitis 4. Iul.*

I. D. 290. 32

84 (1) 84

ROSTOCHII  
Typis Reussnerianis Anno 1612.

Multo rerum usu, militari pariter ac politi-  
câ prudentiâ conspicuo Viro

DN. MARTINO SILLERO Potentiss. &  
Celsiss. Electoris Brandenb. munitissimæ arcis Memelenfis Pre-  
fecto Vigilantissimo, parenti meo debitâ filiali reve-  
rentiâ æternum prosequendo:

Nec non

Consultissimis & prndentissimis viris

DN. IOHANNI SILLERO Florentissimæ  
Reipub. Thorunensium Senatori spectatissimo, pa-  
truco meo longè charissimo:

DN. IOHANNI GORIO, Reipub. Veteroppia-  
danæ Regiom. Senatori dignissimo, affini  
meo amantissimo:

DN. DAVIDI Sunderfeldt inclytæ Memelenfis  
Reipub. Senatori meritissimo, avunculo meo exoptatis.

V T E T

Integerrimis, honestissimis, insigni virtutum laude, rerumq; plurimæ  
rum usu præstantissimis Viris, inclytæ Reipub. Memelenfis  
Dnn. Tribunis Spectatissimis, ceterisq; ejusdem Tribunatus  
adsefforibus dignissimis:

Omnibus ac singulis meis Dominis, Mæcenatibus  
& promotoribus, quocunq; observantia  
cultu honorandis.

Tum eriam

Natalium Splendore, Virtutis decore, Literarum amore præ-  
stantissimis viris Iuvenibus

DN. REINHOLDO VARENHEIT Regiomontano  
Borusso, amicorum inter amicos optimo, Fautori itidem  
multis nominibus suspicioendo,

DN. VVILHELMO SILLERO fratri meo amantissimo frater  
nitas cultu merito honorando

Hoc juridicum uelut etyma, tam frequens, quam uile, studiorum meo  
orum primitias, Amoris, Honoris, ac debite ob-  
seruantia ergo

Dñ, Offero, Consecro  
Martinus Sillerus M. B. Respond.

Landsbibl. 1203



# DISPUTATIO DE PUB- LICIS IUDICIIS.

Continuat.

**V**erum iustitia in civilibus controversiis decidendi suum fecit officium, unicuique quod debetur, tribuendo; ita in criminalibus panam suppliciumque maleficis decrevit; non quidem, ut peccanti facinorofo dolorem faciat (hac enim minima est panarum utilitas) ut vero melior fiat, quod in extremo supplicio fieri non potest; neque ius qui gravem & inhonestam injuriam passi sunt, ut solatium praestet: sed ut in reliquum tempus & ei qui offendit accepit, & ceteris omnibus securitatem pariat, atque exemplo supplicii ceteros egestatis, infamie, cruciatus, mortis denique terrore ab injuria facinorosaque ritu cohibeat. Hanc provinciam iustitia per suos praesides & magistratus imperio armatos exercit & administrat, ut gladii potestate facinoris hominibus provinciae purgentur. Quod cum panarum distributione expediatur, opera & pretium facturi sumus, si unumquodque atrocius, proinde publico iudicio coercendum, crimen, cum suis causis, & suppli- ci genere, ad disquirendum exposuerimus.

## THESES I.

Publica iudicia sunt, in quibus crima, quae a publicorum iudiciorum veniunt, vertuntur & terminantur, sic dicta, quod eorum persecutio a publica facta sit, ac cuivis ex populo detur. §. I. Inj. b. t. l. 1. ff. eod.

A 2

Et

II.

Et sunt vel capitalia, vel non capitalia. Capitalia, quibus ultimo suppicio, pena videlicet mortis naturalis vel civilis afficiuntur homines facinorosi. Non capitalia, quibus pecuniaria, aut in corpus ac famam aliqua coercitio & relegatio pena est, §. 2. Inst. d. t. l. 2. ff. eod. In utroq; tamen judicio condemnatum infamia sequitur, l. 7. ff. b. t. l. 1. ff. de his qui notant. infam.

III

Inter publica judicia laesae maiestatis crimen, tanquam omnium enormissimum & atrocissimum, merito primo loco exponitur.

IV.

Majestas vero duplex est, divina sive eterna: & humana, sive temporalis. Authent. Gazaros. C. de heret. c. 10. X. eod.

V.

In illam d. linquunt blasphemii, haeretici, apostatae, incantatores &c. Et mortis suppicio quandoque puniri possunt.

VI.

Hanc laddunt, qui aduersus summum Principem, imperium suum. quibuscumq; modis aliquid dolosè moluntur, §. 3. Inst. b. t. l. 1 & seqq. ff. ad l. Iul. majest.

VII.

In Pontificem Romanum, quia de jure nulla est ipsius potestas, hoc crimen non committi, verius est, arg. t. t. C. de Episcop. audient. l. 9. ff. ad l. Rhod. de jact. Luc. 22.

VIII.

Vnde inepta videtur esse quaestio, an Imp. sit hujus criminis reus si aliquid contra Papam attentaverit.

IX.

Quintam tamen in Confiliarios, cum viscera & pars corporis principum sint; ut & in legatos, quorum corpora sancta sunt; determinandum hoc crimen admittatur, rejecta quorundam distinctione, non dubitamus, l. 5. pr. C. ad l. Iul. majest. l. 8. ff. de R. D.

Vnde

X.

Vnde manifestum evadit, illos quoq; se criminis hoc polluere,  
qui nefarii quicquam contra Electores Imperii machinantur, arg.  
d. l. s. C. ad l. jul. majest. Aur. Bull. Carol. IV. cap. 24.

X I.

An verò in alios Reges, Principes, Duces, Marchiones, Co-  
mites, Respubl. Civitates, superiorem non recognoscentes, læse  
majestatis crimen committatur, vulgata quidem, sed multis dispu-  
tationum ambagibus involuta est quæstio? Sane cum illi idem  
sint in suis provinciis, quod Imp. in orbe Romano, affirmandum puta-  
mus, arg. c. per venerabilem X. qui filii sint legitimi, l. 7. §. 1. ff.  
de capt. & postlim. revers.

X II.

Contra verā negamus, hoc crimen læse majestatis adversus  
Principem inferiorem, vel Civitatem superiorē recognoscētē  
committi.

X III.

Planè in crimen læse majestatis is quoq; incidit, qui quemcumque  
neum in judicio confessum, & propter hoc in vincula conje-  
ctum emiserit, l. 4. ff. ad l. Jul. majest.

X IV.

Sed & Clericos in Imperatorem odiosum hoc crimen commis-  
sere posse magis obtinuit, c. si quis laicus 22. quæst. s. quamvis i-  
pse tanquam secularis judex inter Clericos de illo cognoscere &  
dicare nequeat, c. ult. de usf. & potest. jud. delegat. in 6.

X V.

An autem hoc crimen committatur etiam à non subditō, puta  
Rege, Principe, Comite, Barone &c. qui dum Imp. non est  
subjectus tamen hostiliter aliquid adversus eum moliatur? Neg.  
per Clem. pastoralis. §. deniq; juncto. §. rursus de sentent. & re-  
judicat.

A 3

At quid

XVI.

At quid de universitate vel civitate Imperatori subdita dicendum, numquid & hæc, si contra Imperatorem vel Imperii Romanī prosperitatem aliquid machinetur, crimen læse majestatis incurrit? Aff. modò commune consilium præcesserit, per l. l. §. 1. ff. ad l. Jul. majest. l. s. in pr. C. d. t.

XVII.

De Augusta, eum radius mariti coruscet & splendeat, dubium est, an ne & contra illam crimen læse majestatis admittatur? Non admitti mitior est DD. opinio.

XIX.

Tyrannidem exercens jurag. naturalia & civilia impugnans, majestatem Imperatoriam amplius non retinet, & proinde crimen hoc in eum committi nequit, in tantum, ut vitæ ejus insidiari jura permittant.

XIX.

Propter atrocitatem hujus criminis, non tantum punitur effetus, verum etiam solus exterior conatus, præserim si externo quopiam actu certo, iudicio confiterit, l. s. C. ad l. Jul. majestat. Aur. Bull. Carol. IV. cap. 24.

XX.

Pœna criminis læse majestatis est mors naturalis, qua pro circumstantiis varie infligitur, vel gladio, vel excusione, quandoque dissectione in quatuor partes eminentioribus locis suspendendas, quod consuetudine in Germania ubique ferè receptum est, P. H. D. Carol. V. art. 124.

XXI.

Item confiscatio bonorum, fisco additis omnibus Rei bonis, & damnata defuncti memoria, §. 3. Inst. b. t. b. 6. l. ult. ff. ad l. Jul. majest. l. 5. C. cod.

XXII.

Non tamen ipso jure bona confiscantur, quia Reus dominus manet

maner bonorum ante damnationem, l. 15. ff. qui & à quib. manumis. &c. licet eorum alienationem statim ei interdictam faciemur, l. 15. l. 31. §. ult. ff. de donationib. l. 5. §. emancipaciones. l. ult. C. ad l. ful. majest.

### XXIII.

Hinc alienationes factæ per talē Reum posse perpetratum delictum, etiam ante accusationem sunt nullæ, d. l. 5. §. 4. C. ad l. ful. majest. d. l. fin. in pr. eod.

### XXIV.

Perro non tantum illi, qui gravissimum hoc scelus admiserunt, sed & qui consciū fuerunt, nec revelarunt, puniuntur, verum extraordinaria pēna arbitrio judicis imponenda, l. 40. ff. de pen. c. 5. §. illud autem de pēn. in 6.

### XXV.

Illud tamen in tantum procedit, si scelus allegatum commoda probare potuerunt; alias nemo tenetur revelare crimen, quod probare non potest. l. 8. in fin. ff. de calumniatorib.

### XXVI.

An autem sacerdos, qui in confessione audivit aliquid contra Principem moliri, illud favore publicæ utilitatis revelare debeat, controversum est? Neg. per c. omnis in fin. X. de penit. & remiss.

### XXVII.

Quia atrocissimum est hoc crimen, ideo non solum autor punitur, sed & ejus filii infamia notantur, omniq; successionē & testamentī factione penitus privantur, l. 5. §. filii. C. ad l. ful. majest. Aur. Bull. Carol. IV. tit. 24.

### XXIX.

Extenditur hoc, ut procedat etiam in filiis ante commissum delictum natis: non verò nepotibus, neq; filiabus; hæ enim nedum infamia notantur, sed Falcidiam insuper ex bonis maternis capiunt, d. l. 5. §. ad filias, C. cod.

Sed

## XXIX.

Sed utrum hereditates, quæ filii rebellium sive reorum perduellionis deferuntur, fisco sint applicandæ, an verò heredibus proximioribus ab incestato venientibus, sententiis variajam est? Hos fisco præferri existimamus.

## XXX.

Si mater hoc crimen committat, filii pani. l. 5. §. I. C. ad l. Jul. majest. non subjacent.

## XXXI.

Expeditæ questio proxima est, an filio crimen perduellionis committente, pater ejus propterea pena aliqua affici debeat? Et exploratum quidem est, arceri eum à successione filii, dum rapinatur bona à fisco, Sed an etiā à propinquorum suorum vel extraneorum hereditate repellatur, an item infamiam ex isto filii scelere subeat, ulterius queritur? Negata opinio ut communior, ita verior.

## XXXII.

Quando ob crimen perduellionis confiscantur bona patris, intercidit simil liberorum legitima.

## XXXIII.

Illa insignis & dubia est questio, an feudum Rei criminis majestatis publicetur una cum allodio? Neg.

## XXXIV.

Hoc monendum, præter jam exposita plura in hoc iudicio properenormitatem atq; immanitatem criminis esse singularia, inter quæ refertur, quod omnes ad cognoscendam veritatem indistinctè possint torqueri, non obstante eiusq; privilegio, l. 3. l. 4. C. ad l. Jul. majest. l. 16. C. de questionib.

## XXXV.

Post iudicium lœsa majestatis secundum locum sibi vendicar adulterium ex l. Iulia coercendum, quod definiunt DD. coitum cum uxore aliena factum, l. 6. §. I. l. 34. §. I. ff. ad l. Jul. de adul.

Hinc

## X X X V I.

Hinc sequitur, quod maritus cum soluta rem habens, de jure  
civili: propriè adulterium non committat; arg. l. 101. pr. ff. de V.  
S. l. 1. C. ad l. Iul. de adult.

## X X X V I I

Quamvis jure Canonico diversum obtineat, c. nemo 32. q. 4.

## X X X I X.

An verò adulterium committatur cum sponsa alterius, con-  
troversæ est questionis? Et committi probabilius est.

## X X X I X.

An cum mereirice nupta? Sub limitat. affirm.

## X L.

Iure civili duas eodem tempore uxores dicens, pñnam stupri-  
tantum incurrit. l. 18. C. ad l. Iul. de adult. Constituzione ta-  
men Carolina gladio punitur, P. H. Q. art. 121.

## X L I.

Requiritur in hoc crimine apertissima probatio, ut testes de-  
ponant, quod marem & feminam complexu Venereo juctos con-  
spexerint, l. 23. pr. ff. ad l. Iul. de adult.

## X L I I.

Vnde necessaria probatio non est, si dicant testes, quod vi-  
derint mulierem jacentem cum viro, aut quod conspexerint nudum  
cum nuda in eodem choro cubare, vel quod viderint juvenem in  
camera inspectorum & caligis dissolutis, dum mulier januam  
clausam teneret, & juvenem adesse negaret, arg. d.l. 23. ff. ad l.  
Iul. de adult.

## X L I I I.

Sic osculum, quamvis lascivum & impudicum, legitimam rāmen  
atq. sufficientem adulterii commissi probationem non inducit, arg.  
Nov. 117. c. 8.

## X L I V.

Vnde consequens est, propter tale osculum mulierem doce pri-  
vari non posse.

B

Pena

XLV.

Pæna adulterii varia olim fuit, sed capitalis facta est ab  
Imp. Constantino, l. 30. §. 1. C. ad l. Iul. de adult.

XLVI.

Hoc singulare est, quod Pater filiam fam. unà cum adultero  
in ipso turpitudinis actu in domo sua vel generi sui impunè interfici-  
cere posse. l. 20. l. 22. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult. maritus ve-  
rò adulterum tantum, & quidem illaudatæ famæ hominem, in  
propria domo: in ipso actu deprehensum, l. 24. in pr. & §. 1. d. t.  
l. 4. C. eod.

XLVII.

Ex eadem L. Iulia punitur & stuprum, quod est coitus illi-  
citus, sine vi in virginem viduamve honeste viventem perpetra-  
tus, §. 4. Inst. b. t. l. 6. §. 1. ff. ad l. Iul. de adult.

XLIX.

In illam igitur, quæ se venalem unicuique prostituit & meretrix  
est, stuprum non committitur, ideo nec stupri pæna locum invenit,  
l. 22. l. 29. in fin. C. d. t.

XLIX.

Talem verò non dicimus virginem vel viduam, quæ amore ves-  
hementiori capti sui copiam amantifacit, l. 43. in pr. ff. de rit.  
nupt.

L.

Vt autem omne aliud crimen, de quo in publico judicio conten-  
ditur, ita & stuprum indubitatis testimonii probandum est, l. ult. C. de probationib.

L.

Omne porro stuprum vel voluntarium est, vel violenteum.  
Voluntarium, quod nihil vel parum reluctante virgine vel  
vidua committitur.

LII.

Huic alia jure civili pæna praestituta est, ut publicatio dimi-  
die

diae partis bonorum in honestioribus, vel corporis coercitio cum relegatione in humilioribus, §. 4. Inst. h. t. alia jure divino & Canonico, quo stuprator jubetur corruptam virginem aut decenter dotare, aut ducere, Exod. 22. c. 1. & 2. X. de adult.

L III.

Sed nunquid virgo & vidua eadem, quam stuprator pena tenet buntur? Neg. arg. l. 5. pr. ff. de probat. l. 19. C. de Collat.

L IV.

Simili modo negamus viduam posse mortem mariti stupro se contaminantem dotem amittere, aquae ac si vivo marito adulterium commisisset, Nov. 30. c. 2. § fin.

L V.

Violentum stuprum est, quando virgo vel vidua violenter opprimitur, vel etiam quando nondum viripotenti & immaturae infertur.

L VI.

Eius pena capitalis est, l. 1. §. fin. ff. de extraord. crim. Const. crim. Carol. V. art. 119.

L VII.

Huc pertinet Sodomia, quando vel masculus cum masculo, vel mulier cum muliere turbato naturae ordine Venerem exercet. Hujus pena omnino ultimum supplicium est, l. 31. C. ad l. Iul. de adult. d. Const. Carol. V. art. 116.

L VIII.

Qui cum bestiis nefandam exercent libidinem, ex recepta Germaniae consuetudine cum iisdem comburi solent, d. art. 116.

L IX.

Incestus si cum specie aliqua fornicationis veluti adulterio vel stupro committatur, graviorem penam quam adulterium incurrit, l. s. ff. de quæst. l. 38. in pr. ff. ad l. Iul. de adult.

L X.

Hoc indubitate est, lenocinium jure & moribus vel morte

B 2 multa-

multari, vel alia graviori aliqua pena pro facti qualitate vindicari. l. 37. §. 1. ff. de minorib. l. 8. ff. ad l. Iul. de adult. Nov. 18. § 1. constit. crim. Carol. V. art. 122.

### L XI.

Simplex fornicatio, quamvis jure civili non puniatur, in Christiana tamen & bene constituta Repub. tolerari non debet.

### L XII.

Sequitur lex Cornelia de siccariis, quæ homicidas ultore ferro persequitur, §. 5. Inst. h.c.

### L XIII.

Est autem homicidium quilibet personæ exanimatio vios lenter facta, quâ anima à corpore separatur.

### L XIV.

Hominem intelligimus cuiuscunq; ætatis, sexus, conditionis, l. 1. §. 2. ff. ad l. Corn. de siccari. l. pen. C. eod. l. 23. §. 9. ff. ad l. Aquil. §. 11. Inst. eod.

### L XV.

Vnde impiè statuunt, qui mulierem nomine hominis dignam non esse opinantur. Vide *Trat. de publicis iudiciis* pag. mihi 829. n. 24. ibi habet *obstantias et regulaciones*.

Illa dubitationis plena est quæstio, an is sit homicida, adeoq; ordinaria homicidii pena dignus, qui factum humanum nondum editum necavit, partum vè abegit, vel in causa fuit, ut mulier concepti partus abortum faceret? Distinctione rem planam faciemus;

### L XVI.

Homicidium aut est voluntarium, aut necessarium, aut casuale. Rub. X. de homicid.

### L XVII.

Voluntarium est, quod dolo malo & animo deliberato, atq; ad hoc ipsum, ut homo occidatur, admittitur, l. 1. §. 1. & 3. l. 7. l. 14. l. 16. ff. ad l. Corn. de siccari. l. 1. & seqq. C. eod.

Pana

### LXIX.

Pæna hujus homicidii est gladius, posthabito omni personarum respectu, l. 3. C. de Episc. aud. l. pen. ff. ad l. Corn. de fiscar.

### LXX.

Quod in tantum procedit, ut statutum pænam pecuniariam inducens de jure non valeat.

### LXXI.

Quia verò ut ista pæna locum habeat, dolus requiritur & animus occidendi, l. 7. ff. ad l. Cornel. de fiscar. ideo infantes & furiosi eximuntur, cum illos innocentia consilii tueatur; hos fati infelicitas excusat, l. 12. ff. ad l. Cornel. de fiscar. l. 9. §. ult. ff. ad l. Pomp. de parricid. l. 14. ff. de off. præsid.

### LXXII.

Plane ut quis pro homicida habeatur, nihil intereſſe, utrum occidat ipse, an mortis causam dolo malo præbeat. l. 15. ff. ad l. Corn. de fiscar.

### LXXIII.

Vnde liquidum eſſe, ceu fiscarium non immerito teneri, qui alteri mandavit, ut homicidium committeret, d. l. 15. §. 1. ff. d. t. l. 1. §. 12. ff. de vi & vi armata.

### LXXIV.

An verò is, qui mandavit alicui, ut alcerum vulneraret tantum, facta illi expreſſe inhibitione, ne eundem occideret, ordinaria l. Corneliae pæna plebendus sit, si mandatarius limites mandati transiliens illum occiderit, anfractuosa eſſe quæſtio? N.

### LXXV.

Qui alteri in homicidio patrando opem tulit, ultimo supplicia puniendus eſſe, l. 15. ff. ad l. Cornel. de fiscar.

### LXXVI.

Sed quid de illo dicendum, qui non auxilium, sed consilium tantum præbuit, anne & ille l. Corneliae pæna subjacebit? Aff. Si modò ille, qui homicidiū admisiſt absq; consilio iſto nunquā illud fa-

*Eturus fuisset, l. 3. §. item is. d. l. 15. ff. ad l. Corn. de sciar. l. i.  
§. 13. ff. ad Sctm. Turpill.*

LXXVII.

*Cum plures deliberato & communicato consilio aliquem interfecerunt, tenentur omnes ordinaria L. Corneliae pena, licet ignoretur, quis vulnus lethale inflixerit, l. I. s. Divis. ff. ad l. Corn. de sciar. const. crim. Carol. art. 148.*

LXXIX.

*Si vero plures non communicato consilio, sed in rida forte exorta, aliquem interficiunt, & ignoratur quis vulnus lethale inflixerit, tenentur omnes de occiso, verum extraordinarie, l. s. ff. de pen. l. ult. ff. ad l. Corn. de sciar. Ord. Carol. V. art. 148.*

LXXX.

*Necessarium homicidium est, quod non dolo, sed ob vitæ moderatam propugnationem arg. tuitionem suscipitur.*

LXXX.

*Hoc homicidium L. Corn. minimè punitur, nam jure hoc evenit, ut quod quis ob tutelam corporis sui fecerit, jure fecisse existimetur, l. 3. ff. de just. & jur.*

LXXXI.

*Nec quis tenetur, ut primum aggressoris ictum expectet (quæ sententia etiam const. Carol. V. art. 140. confirmata est) sed sufficit etiam armorum terror, imo quoq; minæ; dummodo nobis de animo ex parte constare poscit, quod ex præparatione armorum aliisve circumstantiis facile est colligere.*

LXXXII.

*Ecquid vero insultatus ab aliquo cedere & fugere tenetur, non omnis contentionis expers est quæstio? Distinctione hoc esse enodandum, juris jubet autoritas.*

LXXXIII.

*Ita tamen hoc homicidium extra legis penam est, si quis in meritis terminis defensionis persistiterit.*

Hes

## LXXXIV.

Hos circumscribunt DD. in modo, tempore & causa.

## LXXXV.

Modus in eo præcipue est, ut sit defendendi necessitas præ, sens & vita periculum immineat.

## LXXXVI.

Quod verò paritatem armorum ad hunc etiam modum DD. referunt, juris autoritate destituitur.

## LXXXVII.

Tempus DD. communiter statuunt, ut fiat in continentia, arg. l. 3. §. 9. ff. de vi & vi armata.

## LXXXIX.

Causam dicunt, ut fiat defendendi animo, non ulciscendi. Quæ deprehendi potest ex actu defendendi, quemadmodum & totum inculpatæ tutelæ moderamen.

## LXXXIX.

Homicidium in ludis vel colluctationibus virtutis exercen- dæ causa permisit, commissum pænam non meretur, l. 2. §. 1. l. 3. ff. de aleatorib. l. 3. §. pen. ff. de injur. l. 7. §. si quis in collu- ctatione. ff. ad l. Aquil.

## X C.

Casuale homicidium est, quod præter interficiens scopum culpa, aut citra culpam committitur, l. 1. l. 5. C. ad l. Cornel. de si- car.

## X CI.

Hoc homicidium, quia fato plerumq; non noxæ imputatur, ab ordinaria pæna liberatur, d. l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar.

## X CII.

Vnde in disquisitionem venit, an is, qui cum vellet ferire Ti- cium inimicum suum, errore in persona commisso exanimavit Ca- jum, ut casualis homicida extra ordinem saltem sit puniendus? Neg. l. 18. §. si iniuria, ff. de injur.

Huic

## XCIII.

Huic vicina est quæstio: Si quis voluit offendere Titium, quem bene novit, & in eius persona non erravit, sed casu interficit Sejum, vel proximè stantem, vel prætereuntem, vel pacis causa intervenientem, an talis homicida ordinaria pena offici debeat? Neg. arg. l. 18. §. si injuria. ff. de injur. l. 1. §. divisor. ff. ad L. Cornel. de siccari.

## XCIV.

Affassinus, qui accepit pecuniam, ut alium interficeret, & processit ad actum occidendi proximum, omnemq; conatum adhucuit, ita ut per ipsum non stetit, quin occideret, ordinaria mortis pena cum assassinatore plectendus est, effectu etiam non securus, c. 1. X. de homicid. in 6.

## XCV.

Eadem L. Cornelii & benefici capite damnantur, qui artibus odiosis, tam venenis, quam susurris magicis homines interfecerunt, §. 5. Inst. b. t. l. 3. ff. ad l. Corn. de siccari.

## XCVI.

Hodiè qui Diabolo se manciparunt, & damnum vel hominibus vel animalibus intulerunt, igne cremantur. Const. crim. Carola V. art. 109.

## XCVII.

Succedit L. Pompeia de parricidis, quæ parricidas insutos culeo, cum cane, gallo gallinaceo, vipera & simia, vel in mare, vel in flumen projici iubet, ut omnium elementorum usu vivi carere incipient, & iis cælum superstitibus, terra mortuis denegeatur, s. 6. Inst. b. t.

## XCVIII.

Hodiè parricidae plerumq; si mares sint, carnibus candenti ferro laceratis, membrisq; rotacconusio recantur: si feminae, vel aqua, vel terra viva suffocantur. Treutl. 2. diff. 32. th. 7. lit. f.

De hoc

## XCIX.

De hoc crimine Solon Atheniensium legislator legem non ruit, quod non speravit tanta immanitatis quempiam fore, qui tam fædum & horrendum facinus perpetraturus esset.

### C.

Horribili hoc supplicio puniendi sunt ii duntaxat, qui parentes & liberos, vel eos, qui parentum liberorumve appellatione propriè veniunt, occiderint. Hi verò, qui fratrem vel sororem, vel alios quoscunq; cognatos vel affines necaverint, coercentur tantum pæna L. Corneliae de scicariis, d. §. 6. l. pen. §. 1. ff. ad l. Pomp. de parricid.

### CI.

Ob criminis hujus atrocitatem non illi solum plectuntur, qui crimen ipsi admiserunt, sed qui ejusdem consciū & participes tuere, quamvis extranei, omnesq; illi, quorum ope doloz malo id factum est, d. §. 6. l. 6. ff. ad L. Pomp. de parricid.

### CII.

Plane si pater filium, vel filius patrem ad delendam vel prædendam patriam & liberos interficiendos venientem sustulerit, tantum abest, ut supplicio, quin potius propterea honore & præmio sit afficiendus, l. 35. ff. de religios. & sumptibus funer.

### CIII.

ESC & L. Cornelia de falso, quod est dolosa veritatis immunitatio, ex qua alteri directè nocetur, l. 1. in pr. l. 23. ff. ad l. Cornel. de falf.

### CIV.

Variis modis hoc crimen admittitur, ut: Consensu, quando quis alium per contractus circumvenit & fallit, veluti si diversis contractibus in solidum eandem rem duobus vendit, vel rem alienam scienter distrahit, l. 21. ff. ad L. Corn. de fals.

### CV.

Cæterum ille, qui rem alienam sciens pignori tradidit, non

falsi

falsi, sed stellionatus crimen incurrit; l. 16. §. 1. l. 36. §. ult. ff.  
de pignorat. act. l. 2. C. de crim. stell.

C VI.

Verbis, cum iudex pecunia corruptus, vel alias dolo malo legibus & constitutionibus contrariam fert sententiam, l. 1. §. 3. ff.  
ad L. Corn. de fals.

C VII.

Deinde si testis in judicio sciens & dolo malo falsum testimoniūm dixerit, l. 1. in pr. ff. ad L. Corn. de fals. l. 14. C. de testib.

C IX.

Ulterius verbis falsum committit, qui pecuniam accepit, ne testimonium contra aliquem diceret, vel ne testimonii dicendi gratia ad judicem iret, l. 1. s. sed & si quis. ff. ad L. Corn. de fals.

C IX.

Nec ille falsi pñnam evadit, qui testimonii gratia accepit pecuniam, & verum testimonium dixit, d. l. 1. §. sed & si quis. ff. d. t.

C X.

Planè qui in judicio falsum testimonium ea mente & proposito dixit, ut innocentī capitī periculum crearet, ipse ex L. Cornel. de scīcar. capitī pñnam meritò subire debet, l. 1. §. 1. ff. ad L. Cornel. de scīcar.

C XI.

Scriptis, si quis falsa instrumenta componit, dictat, in mun-  
dum redigit, aut instrumenta, rationes, acta, libellos, cautiones, e-  
pistolās, chirographa &c. scienter & dolo malo in fraudem alterius  
lædit, corruptit, mutat, adjicit, demit, radit, delet, falsò subscribit,  
falsa sigilla apponit, aut dolosè aliorum scripta imitatur, ali-  
udve id genus faciat, quo rei veritas non appareat, l. 1. l. 2. l. 16.  
l. 23. l. 25. ff. ad L. Corn. de fals.

C XII.

An verò Notarius, si super contractū per se in valido falso  
confe-

conficerit instrumentum, ut falsarius plecti debeat, disceptatur?  
Hunc extra ordinem puniendum esse afferimus, arg. l. 36. §. ult.  
ff. de pignor. act.

### CXIII.

Per abusum committitur falsum, si quis malitiosè & fraudu-  
lenter utetur adulterinis mensuris, ulnis, librīs, ponderibus: Quam-  
vis hæc falsitas mitius, nempe duplo ac relegatione puniri soleat, l.  
pen. §. I. ff. ad L. Cor. de fals. l. 6. s. fin. ff. de extraord. crim.  
l. 37. ff. de pen.

### CXIV.

Nominis vel cognominis falsa esse veratio, si alterius decipien-  
di causa fiat, pena falsi coeretur.

### CXV.

Simili pena afficitur, qui se pro Comite, milite, equite, Nobis-  
li, Doctore, Notario &c. cum non sit, gerit; qui illicitis & alienis  
utitur insignibus, qui personam in alterius fraudem mentitur. l. 13.  
l. 27. s. fin. ff. ad L. Corn. de fals. l. unic. C. de mutat. nom.

### CXVI.

Silentio committitur, si quis testamentum vel codicillos, ne de  
illorum constet veritate, supprimit, comburit vel occultat.

### CXVII.

Facto deniq; committitur falsum, si quis nummos aureos vel  
argenteos adulterat, radit, corrumpit, viciat, tingit, fingit, con-  
flat, vel quoquo modo monetam falsam cudit, l. 8. ff. ad Corn de  
fals.

### CXIX.

Horm pæna ex: Impp. constitutionibus exasperata est, &  
flammarum exustionibus mancipantur, l. 2. C. de fals. monet. Con-  
stit. crim. Carol. V. art. III.

### CXIX.

Qui monetam justi ponderis propria autoritate percutit, gladio  
punitur, arg. d. l. 2. C. de fals. monet.

## C X X.

*Et & hic, qui monetam etiam viliissimi valoris, puta, vel obsoletos vel nummos falsos eudit, d. l. 2. C. d. c.*

## C X X I.

*Expendens falsam & viuam monetam scienter, punitur pena ordinaria falsi, l. 9. §. eadem lege. ff. ad L. Cornel. de falsi.*

## C X X II.

*Ceterum qui non falsam, sed probam monetam expendit, majoriter in estimatione & valore, quam ill. definitum est, omni auroro & argento, quod in contractum venit, magistratui applicando, multatur, Constit. Imp. Ferdinand. de aere, Anno 1559. promulgata.*

## C X X III.

*Majori adhuc pena dignus es, qui probam monetam vulnus & imagine Imp. signatam refuisse, l. 1. l. ult. C. de vct. numism. potest.*

## C X X IV.

*Pena falsi olim fuit deportatio, & omnium bonorum publicatio, in liberis: in servis ultimum supplicium, §. 7. Inst. b. t. l. 1. §. fin. ff. ad L. Corn. de falsi.*

## C X X V.

*Hodie arbitria es, & pro qualitate admissi criminis, vel extenditur, vel remittitur, ita ut certa pena in hoc judicio prescribi non possit, l. 22. C. d. c. l. 1. & 2. C. de falsi monet. Nov. 17. c. 8. pr. l. 13. §. 1. l. 21. l. pen. & ult. ff. ad L. Cornel. de falsi.*

## C X X VI.

*Alia itidem lex Julia es, quae persequitur vim publicam & privatam, §. 8. Inst. b. t.*

III

### C XXVII.

*Illa armis potissimum, hæc sine armis committitur, d. s. s. Inst.  
d. t. s. s. Inst. de interd.*

### C XXVIII.

*Pæna viæ publicæ olim deportatio fuit : hodie vel banno Im-  
peri, vel relegatione, vel arbitraria pæna coercetur, Const. crim.  
Carol. V. art. 127.*

### C XXIX.

*Privata viæ est, qua quis inermis per vim securitatem priva-  
tam violat, l. I. l. 2. l. 3. 4. s. 6. ff. ad L. Jul. de vi privat. s. 6.  
Inst. de interd.*

### C XXX.

*Pæna hujus est relegatio, & tertie partis bonorum, cum in-  
famia. amissio, l. 6. C. ad L. Jul. de vi publ. & priv. l. 1. pr. l. ult.  
ff. ad L. Jul. de vi privat. Hodiè arbitraria.*

### C XXXI.

*Rectè hic de raptu agitur, qui est, quando quis virginem, vi-  
duam, aliamve honestam mulierem libidinis explendæ causa im-  
probè vel vi abducit, l. un. C. de raptu virgin.*

### C XXXII.

*Pæna raptus est ultimum supplicium; quæ non solum affici-  
untur ipsi autores hujus sceleris, sed complices etiam, consciæ & mi-  
nistri, l. 54. C. de Episc. & Cler. d. l. un. C. de rapt. virg. const.  
crim. Carol. V. art. 118.*

### C XXXIII.

*Præfata pæna adhuc locum sibi vindicat, etiam si mulier ipsa  
raptui consenserit, d. l. un. C. de raptu virgin.*

### C XXXIV.

*Eo tamen casu, quo vel vir vel mulier virum rapuisse dicitur,  
non obtinet.*

C

Illud

## CXXXV.

*Illud controversum est, an praedicta pena eum quoq; maneat, qui raptam fæminam carnaliter non cognovit? Neg.*

## CXXXVI.

*Ab ordinaria quoq; raptus pena excusat, qui meretricem vel aliam in honestam personam rapuit.*

## CXXXVII.

*De jure Canonicco raptor cum raptâ matrimonium contrahere, atq; ita pñam legalem evitare potest, c. pen. & ult. X. de raptorib. Secus de jure civili, d. l. un. §. Et siquidem vers. nec sit facultas. C: de rapt. virg.*

## CXXXIX.

*Quodnam verò jus in hac causa dubia præferri debeat, non abs re queritur? Cum causa matrimonii spiritualis censeatur, rectè jus Canonicum præferri existimamus, arg. c. I. X. de novi op. nunt.*

## CXXXIX.

*Eâdem L. Iulia crimen peculatus coeretur.*

## CXL.

*Quod definitur à Labeone pecuniæ publicæ aut sacræ furum, non ab eo factum, cuius perieulo ea fuit, l. 9. §. Labeo. ff. ad L. Jul. peculat.*

## CXLI.

*Si res sacra sit, & ex loco sacro surripiatur, sacrilegium committitur, cuius pena pro qualitate delicti irrogatur. Sacrilegi quippe vel ad bestias damnantur; vel vivi exuruntur; vel furcis suspenduntur; vel perpetuo exilio multantur, vel alia capitali pena ex consilio Jurisperitorum afficiuntur, l. 4. §. 2. l. 6. l. 10. ff. ad l. Jul. pecul.*

## CXLI.

*Qui vero res sacras ex loco profano; vel profanas ex loco sa-*  
*cro*

ero surripie, sacrilegus propriè non dicitur, l. s. ff. ad L. Jul. peculat. Secus de jure Canonico, c. 16. c. quisquis. & seq. 17. quæst. 4. Et Constit. crim. Imp. Carol. V. art. 171.

### CXLIII.

Si res vel pecunia publica auferatur, peculatorus propriè dicitur: Publicam hic eam tantum intelligimus, quæ ad Remp. sive urbem Romanam, vel ad Cæsarem pertinet, l. 15. ff. de V. S. l. 6. §. fin. ff. ad L. Iul. pecul.

### CXLIV.

Proinde si quis civitati inferiori vel municipio pecuniam surripuerit, non peculatorus, sed furti crimen admisso censendus est, l. 81. ff. defurt.

### CXLV.

Pæna peculatorus ex d. L. Julia est deportatio, l. 3. ff. ad L. Jul. pecul. In iudicibus & eorum ministris ultimum supplicium, §. 9. Inst. h.t. l.un. C. de crim. pecul.

### CXLVI.

Aliud judicium publicum descendit ex L. Fabia de plagiariis. Est vero plagiis nihil aliud, quam liberi hominis, vel servi alieni suppressio, dolo malo facta, l. 3. s. & 6. ff. ad L. Fab. de plagiariis. l. 2. s. 9. & 14. C. eod.

### CXLVII.

Hoc crimen plagiis non committit pater, si liberos suos propter famem summamq. necessitatem distrahit, l. 2. C. de Patriis, qui filios suos distraxer.

### CXLIX.

Quod jus cum ex Pat. pot. emanet, merito matri denegatur.

### CXLIX.

Pæna L. Fabiæ primò fuit pecuniaria, arg. l. lege Fab. 12. ff. de matri

de manumis. postea gravior esse capite, ut metalli vel exilii. l. ule.  
f. & l. ult. C. ad L. Fab. de plagiari. deniq; interdum gravissima  
& capitalis facta est, l. 7. C. d. t.

CL.

Alia L. Iulia est de ambitu, quæ datur contra eos, qui pecunia & largitionibus, honores, magistratus & sacerdotia ambitione atq; redimuntur.

CLI.

Desit hæc lex in urbe Romana, postquam omnis potestas ad unum principem est translata: In provinciis tamen & municipiis, ubi adhuc jus magistratus creandi est penes populum, si quis magistratum aut sacerdotium illicitis modis petierit, lege Iulia de ambitu tenetur.

CLII.

Illud scire oportet, haud omnem ambitionem legibus esse veritatem, sed eam tantum, quæ tendit contrall. & bonos mores.

CLIII.

Si consiliario principis officii consequendi gratia pecunia fuerit data, pena L. Iulia de ambitu locus erit.

CLIV.

Illud in hoc criminis speciale est, quod haec l. damnatus, si alium ejusdem criminis reum convicerit, in integrum restituatur, famamq; recuperet, l. un. §. 1. & 2. ff. ad L. Iul. de ambit.

CLV.

Pena ambitus de jure civili est multa 100. aureor. cum non minis infamia, d. l. un. §. 1. ff. ad L. Iul. de ambit. Iure Canonico varia, c. si quis episcopus, c. presbyterum 1. quæst. 1. c. reperiuntur 1. quæst. 1. c. sanè 15. quæst. 3.

CLVI.

Aliud judicium publicum profuit ex L. Iulia repetundarum,

rum, quod datur in eos, qui in administratione officii publici constituti, pecuniam, ut officium importarentur, aut ut contra officium ficerent, accoperunt, l. 1. & 4. ff. ad L. Iul. repetundar.

### CLVII.

Xenia tamen & munera quædam modicè accipi possunt, modò non excedant centum aureos, l. 6. §. ult. ff. ad L. Iul. repetund. l. 6. §. 3. ff. de off. procons. l. 18. ff. de offic. præsid.

### CLIIX.

Ex hoc crimine datur actio in quadruplum ejus, quod illicite datum est, l. i. l. ult. in fin. ff. ad L. Iul. repetund.

### CLIX.

Hæc & alio morte rei non finitur, sed contra heredes etiam dirigitur, ut videlicet & ii ad pænam quadrupli intra annum dunt taxat à morte rei teneantur, l. 2. ff. & c. ad L. Iul. repetund. l. 20. ff. de accus. l. ult. ff. ad L. Iul. pecul.

### CLX.

Quando actio criminalis intentatur, pro qualitate sceleris, modò gravior, modò levior pena irrogatur, l. 38. §. judices. ff. de pen.

### CLXI.

Proximè sequitur L. Iulia de annonæ, qua tenentur ii, qui annonam publicam cariorem & arctiorem reddunt, l. 1. & 2. ff. ad L. Iul. de annon.

### CLXII.

Quod crimen qui committunt, plerumq; dardanarii, pantopolæ & seplastarii vocantur, l. 6. ff. de extraord. crim. l. 37. ff. de pæn.

### CLXIII.

Annonæ appellatione veniunt omnia, quæ ad victimum humatum pertinent, l. i. C. de erogat. militar. annonæ.

### CLIV.

Pæna hujus criminis est extraordinaria, modò gravior, modò levior, l. 2. in fin. ff. ad L. Iul. de annon. l. 6. ff. de extraord. criminib.

D

Nume-

## CLXV.

Numirum publicorum judiciorum claudit L. Iulia residuum. In banc L. delinquent, qui pecuniam publicam retinent, vel ad privatos usus convertunt, sive in solidum, sive pro parte, l. 4. §. lege. ff. ad L. Iul. peculat. & de sacrileg. & de resid.

## CLXVI.

Pena hujus delicti est, ut præter pecuniam, quam reus debet, tertia parte amplius multetur, d. l. 4. §. quæ lege. ff. ad L. Iul. pecul.

## CLXVII.

In heredem quoque ejus, qui residua debet, hoc judicium exerceatur, l. fin. ff. ad L. Iul. pecul.

# COROLLARIA.

## I.

Literæ amatoriæ, verosimile indicium, stupri vel adulterii commissi, non præbent.

## II.

Nec veritati videtur congruum, lamias scopis vel baculis insidentes per aera volitare posse.

## III.

Veneficii indicium fallacissimum est, quod ex sagarum confessione, qua alias sui criminis socias asserunt, desumitur.

## IV.

Utrum verò sagarum per aquam frigidam probatio, sufficiens sit ad condemnandum vel absolvendum, nobilis est, & in iudiciis variis contentionum fluctibus exagitata quæstio? N.

## V.

Largum cruentem ex cadavere occisi aliquo de homicidio suspecto accidente, fluentem, sufficiens ad torturam indicium præbere, communiter invaluit, quæ tamen opinio insontem quenque in capitib[us] discrimin adducere posset: quapropter merito reprobatur.

Hono




Honori ornatisimi Iuvenis

MARTINI SILLERI, de publicis judiciis di-  
putationem adornantis.

M ARTINE, Astræ suboles, prolesq; Minervæ,  
Cordis & ò animi portio grata mei,  
Cordicitus, possum non, quin tibi gratuler ulterò  
Compreeer & studiis, que benè cæpta, tuus.  
Optatis igitur vigeat successibus opto  
Conamen, patnæ sis decus atq; tuæ.  
Quod quæ norma boni noscat, qui limes honesti,  
Publica quid reprobant judicia, atq; probant.  
Quod bonus & verus Iurisconsultus haberi,  
Quod Vindex æqui dicier atque potes:  
Gloria quo Iovæ, tibi, famæ & gloria crescat.  
His nihil à votis faxit abesse D E V S.

Constantinus Fidlerus Ecclesiastes  
Rostoch, ad S. Mariam.



J Uris religio tenet SIL ERVM?  
Sic eſc. Metra igitur meret SIL ERVS.  
Justi religio tenet SIL ERVM?  
Sic eſc. Serta igitur meret SIL ERVS,  
Quæ Pallas, Themis inchoant, brevised  
Culcu perficient. SIL ERVS ergo  
Cultus juridici brabeja habebit.

M. Petrus Höppener Rostoch.  
Poët, Rudolf.

Eia

**E**ta age narrato timidumq; & futile vulnus,  
Qui Themidis laudes attenuare cupis,  
Qualis totius mundi sit forma futura,  
Nullæ si leges, juraq; si fileant?  
Ars etenim quænam fontes compescere penit  
Curat, & innocuis munera quæ statuit?  
Quæ justi, iniqui q; simul discrimina monstrat?  
Alterius vitam lædere quæ prohibet?  
Mortales docuit vitam quæ vivere honeste?  
Legibus & justis debita quæ tribuit?  
Nonne superne ad nos demissa SCIENTIA LEGVM  
Legibus expressis hæc pia cuncta jubet?  
O ars divina & aureis dignissima metris  
Debetur meritò palma tibi, altus honos!  
Quæq; mori nullum permittis in anxietate;  
Nec quenquam pateris vivere pauperie.  
Cujus cultores digni hoc reputantur honore;  
Cæsar is ut Patres Cæsar & ipse vocet.  
Eximiumq; decus queis nobilitatis avitæ  
Concessere, premunt qui imperio populos.  
O felix! iterum o felix studiosa juventus.  
Divino foviit quam THEMIS alma finu.  
O stupidos contra, & stultos, queis munera tantes  
Sunt pro ludibrio, sub pedibusq; jacent!  
Sanctorum ergo alacris, SILERE, volumina legum;  
Auspice cum CHRISTO, nocte dieq; lege.  
Principibus placuisse viris (quod maxima laus est)  
Sic datur, & celebris gloria sic sequitur:  
Sic patriæ fies pondus, sic emolumentum  
Cognatis, nomen secula cuncta rebent.

Cecinit Petrus Victor, Rhodopolitanus,  
SS. LL. Studiosus






Universitäts  
Bibliothek  
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de  
/rosdok/ppn730623157/phys\\_0032](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730623157/phys_0032)

DFG



eos, qui in administratione officii publici con-  
uet officium importarentur, aut ut contra offi-  
cerunt, l. 1. & 4. ff. ad L. Iul. repetundar.

CLVII.

Munera quædam modicè accipi possunt, modò  
m aureos, l. 6. §. ult. ff. ad L. Iul.. repetund.  
procons. l. 18. ff. de offic. præsid.

CLIX.

datur actio in quadruplum ejus, quod illicite  
t, in fin. ff. ad L. Iul. repetund.

CLIX.

re rei non finitur, sed contra heredes etiam di-  
c & ii ad panam quadrupli intra annum dun-  
neantur, l. 2. ff. & c. ad L. Iul. repetund,  
ult. ff. ad L. Iul. pecul.

CLX.

riminalis intentatur, pro qualitate sceleris, me-  
rior pena irrogatur, l. 38. §. judices. ff. de

CLXI.

ur L. Iulia de annonæ, qua renentur ii, qui  
ariorem & ardiorem reddunt, l. 1. & 2. ff.

CLXII.

i committunt, plerumq dardanarii, pantopolæ  
tur, l. 6. ff. de extraord. crim. l. 37. ff. de pæn.

CLXIII.

atione veniunt omnia, quæ ad victimum huma-  
C. de erogat. militar. annonæ.

CLIV.

inis est extraordinaria, modò gravior, modò  
, ad L. Iul. de annon. l. 6. ff. de extraord.

D

Nume-